

eternam beatitudinem, ad quam me conscripsisti: inde, inquam, dele me potius quam populum hunc tuum et meum delectas et perdas. Ita S. Chrysost., Theophyl., Oecumen. in cap. 9 Epist. ad Roman., Cassian. collat. 25, cap. 6, S. Bernard. serm. 42 in Cantica.

Dices: Optare privati aeternam beatitudine est contra charitatem, estque peccatum; ergo id non optavit Moses. Antecedens probatur, quia optare carere beatitudinis et visione Dei, est implicitè optare carere amore beatifico, seu optare minus amare Deum, minusque ei placere, minus eum laudare: haec enim sequuntur ex carentià visionis Dei; nam charitas patriae excedit omnem charitatem viae. Adde, charitas valde inclinât ad presentiam et fruitionem sui amati, puta Dei; ergo hoc votum Moses fuit præter vel contra inclinationem charitatis; ergo fuit inordinatum. Respondet, Mosem hic tantum comparasse suam gloriam, ut sua propria erat beatitudo et bonum, cum gloriâ Dei et salute tantum populi, maluisseque suâ carere quam Dei gloriam periclitari, tam apud Gentiles, qui populo et Deo obiectassent, si Deus populum suum in deserto delevisset; tum apud ipsos Hebraeos, qui omnes in aeternum perissent, blasphemassentque Deum in inferno, neque ulterius quid spectavit Moses, sed totus abreptus charitatis Dei et gloriâ ipsius, non considerabat alia hinc suo voto annexa, vel certè si id quod obicitur considerabat, cogitabat charitatem in viâ eandem esse quâ in patriâ, neque illic essentialiter fore perfectiorem aut intensiorem quam sit hic; accidentalem autem charitatis perfectionem ex Dei fruitione manantem, ut et inclinationem ad Deum fruendum seponerat, eaque se hoc voto suo excedere permittebat, utpote pro quâ reponeret tum sibi major gratia et charitas essentialis, per istum actum tam heroicum, quo tantoperè Deum diligebat; nec dubitabat quin Deus eum per alias gratias copiosissimè remuneraretur; tum etiam reponeret major gloria Deo, per tot millia hominum spargenda, quam proinde à Deo fervidè desiderabat, ut ad illius, et simili populi, cuius pro Deo dux erat constitutus, incommunitatem, à Deo impetrandam, cuperet suâ beatitudine privari, inò, ut ait Chrysost. homil. de Cruce et Latrone, participes esse cuperet supplicii idololatrarum populo irrogandi, perdecque cum his optaret, ut idem ait homil. de Amore erga persequentes, q. d. Moses: Aut dimittite populo, aut si eum à te domoque inà ejicis, ejice me simul cum ipso; non enim possum à populo hoc meo et tuo avelli aut separari; videre non possum ut populus hic meus et tuus pereat; quin si perit, cum eo peream et ego, ut ita tester charitatem quam erga populum tuum, et consequenter erga te, ô Domine, in pectore meo incensam gero. Hoc ergo Moses votum manavit ex charitate, putabatque Moses charitatem tam Dei quam populi hoc votum à se quasi efflagitare. Moses enim hoc votum suum dirigebat ad hoc, ut per illud veniam populo impetraret, itaque magis Dei gloriam in populo promoveret, ideòque illud ipsum ipsimet

Deo placitum non ambigebat. Itaque nullum hic fuit peccatum; licet enim Moses petierit implicitè carere amore beatifico, non tamen amicitiae cum Deo aut charitatis immutationem petiit; quin verò hæc ejus preces maximè charitatis indicium et incensum desiderium ostendunt. Aliqui tamen hæc quoque, scilicet ad gratiâ immutationem, vel privationem, votum Moysi extendunt. Dicunt enim licuisse ei optare privati sui unius gratiâ, ut per hoc tot millia populi gratiâ donarentur. Charitas enim inordinat ad majorem Dei gloriam petendam et procurandam. Major autem Dei gloria est si multa millia Dei gratiâ potiantur, Deumque ament et colant, quam si ego solum id præstem. Ergo si alterutrum eligendum sit, prius eligendum videtur. Verùm quidquid de hæc re, ac licita sit ræone sit, liber vite in Scripturâ non est liber gratiæ, sed gloriæ, puta prædestinationis ad aeternam felicitatem. Gloriæ ergo, non gratiæ privationem optavit hic Moses.

Dices secundò: Moses hic petit rem impossibilem; impossibile enim est alicui scriptum in libro Dei ex eo deleri. Respondeo primò: Qui inchoat tantum scriptus est in libro Dei, potest ex eo deleri. Sic omnes justi scripti sunt in libro vite, quia inchoant viam ad beatitudinem, in quâ si perseverent, reverà ad eam perveniunt; sed quia multi non perseverant, hinc ex eo delentur. Unde dicitur psal. 68: *Delentur de libro viventium*. Verùm quia Moses videtur loqui de scriptiōne absolutâ et perfectâ in libro vite, hinc respondeo secundò, formaliter neminem sic scriptum posse deleri de libro vite; sic enim præscientiâ et prædestinatione Dei falleretur, aut mutaretur; materialiter tamen sive objective alicui ex eo deleri posse. Sensus ergo est, q. d.: Aut dimittite, aut priva me aeternam beatitudinem, ad quam me consignasti et conscripsisti; sepositâ enim præscientiâ et prædestinatione Dei, à quâ abstrahat Moses, absolutè possibile erat Mosem privari suâ beatitudine, quod est deleri de libro vite.

Dices tertio: Hoc votum Moses videtur inordinatum et imprudens; nam privatio beatitudinis suæ non erat medium ordinatum ad remissionem peccati et salutem populi. — Respondeo: Moses tantum rei, puta mediî hujus naturam in se spectavit, non autem consideravit an medium illud esset congruum et aptum secundum ordinem et dispositionem jam à Deo constitutam; hoc enim positivum erat ex liberâ electione Dei, quæ rerum naturam non mutat. Licet ergo carentiâ beatitudinis neque ex se, neque ex Dei dispositione esset medium ordinatum ad gratiam populo impetrandam, non tamen in se suâque naturâ erat illicitum, aut impossibile, aut peccatum. Unde Moses illud optavit non ut medium connaturale et ordinarium, sed quod ei libera pietas, et arcta necessitas, amorque populi suggererant. Necessarium enim putabat summâ vi committi apud Deum; videbatur enim salus populi apud eum in summo esse discrimine, cumque aliud efficacius medium ad eam tuendam non occurreret, hoc usus est, excessu summi amoris ac caecæ ejusdem charitatis, qui communes ordinaria prudentiæ leges transcendit.

Hoc autem non erat peccatum, sed maximè heroica virtus. Hinc patet, quam gloria Dei nostris commodis ipsique beatitudinî nostræ anteferenda sit, quamque peccatum quodvis lethale ipsi è diametro repugnans, magis detestandum sit quam privatio beatitudinis, aut ipse etiam ignis infernalis; rursùm, quanti cum Mose faciendâ et procurandâ sit animarum salus. Sic similitè fieri anathema à Christo, Rom. 9, 5. Ex dictis sequitur, licitum, pium ac sanctum fuisse hoc votum Moysi, ac consequenter licere cuicunque illud ipsum concipere et imitari, uti docet Lud. Molina. Vide dicta ad Rom. 9, 5, sub finem.

DELEME DE LIBRO TUO QUEM SCRIPSISTI, in quo scilicet me cum aliis electis, absolutè et perfectè scripsisti; hoc enim significabat illa iteratio et inculcatio, *quem scripsisti*. Unde videtur quòd Moses acceperit revelationem de sua electione et beatitudine; atque hæc de causâ tam fidenter cum Deo, tanquam amicum cum amico exposulât. Mosis charitatem et zelum imitati sunt herodes Gentilium, sed eam minimè assequi et adæquare potuerunt, quia corpus tantum pro populo et patriâ ad temporalem mercedem doverunt. Ita se devovit Codrus, rex Atheniensium; cum enim oraculum edixisset eos victores fore contra Thraeces, si rex caderet, Codrus vili amicum incognitum ad hostes venit, falcem gerens, et uno interfecto, mox ab alio occisus est: itaque vicerunt Athenienses. Ita P. Decius romanus contra Albanos belligerans, per quietem imaginatus est, se suâ morte Romanis vires additurum; itaque in medios hostes irruit, multisque occisis, interfectus est. Eodem modo filius ejus Decius bello gallico rem romanam conservavit. Ita Junius Brutus duos suos filios securi percuti jussit, quòd cum Tarquinio contra patriam et libertatem romanam conspirasset. Ita tergemini Horatii pro patriâ duello se offerentes, in eoque tergeminos Curios Albanos trucidantes, imperium Romæ in Albanis asseruerunt. Idem prostris fecerunt tergemini Tegeate pugnantes in tergeminos Phœnæas. Ita Curtius rom. in bialum armatus juxta oraculum insiliens, patriam calamitate liberavit. Idem prostris apud Græcos fecit Anchurus. Ita Horatius Coeles solus impetum hostium sustinuit, dum sui pontem in Tiberi rescinderent, hostemque transitu prohiberent. Ita trecenti Fabii duce Fabio Maximo in castra Annibalis irruerunt, multisque casibus occubuerunt. Ipse dux in Annibalem irruit, diadema ei detrahit, cum eoque mortuus est. Ita Leonidas cum trecentis Spartanis in innumerabilem exercitum Xerxis irruit, atque in ipsum Xerxem contendit, eique diadema avellit, cum eoque hastis confixus occubuit.

CAPUT XXXIII.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, ascende de loco isto tu, et populus tuus quem eduxisti de terrâ Ægypti, in terram quam juravi Abraham, Isaac et Jacob, dicens: Semini tuo dabo eam.

2. Et mittam præcursorem tuum angelum, ut ejiciam

Agésilau, Themistocles filius, se pro patriâ devovit, ac castra Xerxis ingressus Mardonium interfecit, putans esse Xerxem: errore cognito manum igni imposuit, cruciatumque obsequio ullo pertulit gemita. Vinculis proinde solutus, dixit: *Tales sunt omnes Athenienses; quòd si non credis, etiam sinistram imponero*. Xerxes metu concepto, eum in custodia jussit asserari. Idem pro Romanis fecit Mutius Scaevola apud Porsennam, regem Etruscorum. Hæc omnia enarrat Plutarchus, in Parallelis. Verùm quid hi ad Mosem, qui non corpus tantum, sed et animam pro populo devovit, cupivique deleri de libro vite, ac in aeternum affligi? Similis Most fuit S. Paulus, optans anathema fieri pro fratribus; et beatus Jacobus, qui ex amore Christi desiderabat sustinere in hac vitâ omnes labores, ærumas, angores et dolores, qui verbis exprimit, ut animo concipi possunt; quinimò post hæc vitam trudi in infernum, ut ibi sua, et hominum, etiam damnatorum et demorum (si fieri posset) peccata lucret et expleret. Quid nos ad hæc?

Laudamus veteres, nos nostris utimur annis.

Vers. 54. — TU ACTEM VADE, q. d.: Non cures de eo quod petisti pro populo, sed obtempera huic mandato meo. Hinc videtur non omnino populo reconciliatus fuisse Deus hæc vice, cum adiac se ultimum mitteretur; in fine 40 dierum, quibus Moses cum Domino secundò fuit in monte, eumque pro veniâ oravit, placatus fuit Dominus, ut patet Deuter. 9, 19, et hic cap. seq. v. 44.

ANGELUS MEUS PRÆCEDET TE, in columnâ ignis et nubis, quam movet, quaque vobis quasi dux viam præbet et ostendit.

EGO AUTEM IN DIE ULTIONIS VISITABO ET HOC PECCATUM VESTRUM. *In die ultionis*, non captivitatis babilonica, aut romana sub Tito, non etiam in die judicii, aut aliâs, quando alia Hebræorum peccata Deus punivit, non etiam hoc ipso die quo hæc dixit Deus; sed eo die de quo proximè sequitur, dùm ait:

Vers. 55. — PERCUSIT ERGO DOMINUS POPULUM. Hinc verisimile est, Deum paulo post ob idolum vituli, Hebræis consistentibus adhuc in Horeb, plagam aliquam, v. g., pestem, immississe. Hæc enim est ultio, quam ipsis v. præcedenti comminatus est, et sic optimè respondet hic versus præcedenti, tanquam executio suæ sententiæ et comminationis; nam aliqui rumpitur hic series orationis Domini; quæ enim cap. sequenti de colloquio Mosis cum Domino narrantur, eadem seriè cum colloquio Mosis et Dei, quod hic recensetur, ut contingeret, pertendenda et connectenda sunt. Ita R. Salomon et Abulens.

CHAPITRE XXXIII.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse, et lui dit: Allez, sortez de ce lieu, vous et votre peuple, que vous avez tiré de l'Égypte, et allez en la terre que j'ai promise avec serment à Abraham, à Isaac et à Jacob, en disant: Je donnerai cette terre à votre race.

Et j'enverrai un ange pour vous servir de pré-

Chananeum, et Amorrhæum, et Hethæum, et Pherezæum, et Ievæum, et Jebusæum;

5. Et intres in terram fluentem lacte et melle. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ cervicis es, ne fortè disperdam te in viâ.

4. Audiensque populus sermonem hunc pessimum, luxit : et nullus ex more indutus est cultu suo.

5. Dixitque Dominus ad Moysen : Loquere filiis Israel : Populus duræ cervicis es; semel ascendam in medio tui, et delebo te. Jam nunc depono ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi.

6. Deposuerunt ergo filii Israel ornatum suum à monte Horeb.

7. Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocavitque nomen ejus, tabernaculum fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam questionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis, extra castra.

8. Cùmque egredieretur Moyses ad tabernaculum, surgebat universa plebs, et stabat unusquisque in ostio papilionis sui, aspiciantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium.

9. Ingresso autem illo tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, et stabat ad ostium, loquebaturque cum Moysè.

10. Cernentibus universis quòd columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabantque ipsi, et adorabant per fores tabernaculorum suorum.

11. Or, loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cùmque ille reverteretur in castra, minister ejus Josue filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo.

12. Dixit autem Moyses ad Dominum : Præcipis ut educam populum istum, et non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cùm dixeris : Novi te ex nomine, et invenisti gratiam coram me.

13. Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, et inveniam gratiam ante oculos tuos : respice populum tuum gentem hanc.

14. Dixitque Dominus : Facies mea præcedet te, et requiem dabo tibi.

15. Et ait Moyses : Si non tu ipse præcedas, ne educa nos de loco isto.

16. In quo enim scire poterimus ego et populus tuus invenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaveris nobiscum, ut glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram?

courseur, afin que j'en chasse les Chananéens, les Amorrhéens, les Héthéens, les Phérézéens, les Hévéens et les Jebuzéens;

5. Et que vous entriez dans un pays où coulent des ruisseaux de lait et de miel. Car, malgré l'ingratitude de ce peuple, je veux bien encore, à votre considération, leur donner mon ange pour les conduire; mais pour moi, je ne monterai point avec vous, de peur que je ne vous exterminie pendant le chemin, comme vous le méritez, parce que vous êtes un peuple d'une tête dure et inflexible, qui résiste sans cesse à mes volontés.

4. Le peuple, entendant ces paroles si fâcheuses, se mit à pleurer; et, dans l'excès de leur douleur, nul d'eux ne se revêtit de ses ornemens accoutumés, depuis que le Seigneur leur ordonna de les quitter.

5. Car le Seigneur dit à Moïse : Dites aux enfans d'Israël : Vous êtes un peuple d'une tête dure; si je viens une fois au milieu de vous, je vous exterminerai. Quittez donc présentement tous vos ornemens, afin que je sache de quelle manière j'en userai avec vous.

6. Les enfans d'Israël quittèrent donc leurs ornemens au pied de la montagne d'Horeb.

7. Et Moïse, prenant le pavillon où Dieu rendait ses oracles en attendant que le tabernacle fût construit, le dressa bien loin hors du camp, et l'appela le tabernacle de l'alliance, pour faire souvenir ce peuple de celle qu'il avait contractée avec le Seigneur, et qu'il avait rompue avec tant de légèreté. Et tous ceux du peuple qui avaient quelque difficulté, sortaient hors du camp, pour aller au tabernacle de l'alliance, y consulter le Seigneur qui ne demeurait plus au milieu d'eux.

8. Lorsque Moïse sortait pour aller au tabernacle, tout le peuple se levait par respect, et chacun se tenait à l'entrée de sa tente, et regardait Moïse par derrière, le suivant des yeux, jusqu'à ce qu'il fût entré dans le tabernacle.

9. Quand Moïse était entré dans le tabernacle de l'alliance, la colonne de nuée descendait, et se tenait à la porte, et le Seigneur parlait avec Moïse.

10. Tous les enfans d'Israël, voyant que la colonne de nuée se tenait à l'entrée du tabernacle, se tenaient aussi eux-mêmes à l'entrée de leurs tentes, et adoraient le Seigneur.

11. Or, le Seigneur parlait à Moïse face à face, comme un homme a coutume de parler à son ami. Et lorsqu'il retournait dans le camp, le jeune Josué, fils de Nun qui le servait, ne s'éloignait point du tabernacle, mais demeurait toujours auprès pour le garder.

12. Or, Moïse dit au Seigneur : Vous me commandez d'emmener ce peuple et de le faire entrer dans la terre que vous lui avez promise, et vous ne me dites pas qui vous devez envoyer avec moi, pour m'aider à le mettre en possession de cette terre : vous ne m'avez promis que de venir vous-même, quoique je vous en aie conjuré avec instance, et que vous m'avez dit : Je vous connais par votre nom, et vous avez trouvé grâce devant moi.

13. Si donc j'ai trouvé grâce devant vous, faites-moi voir votre visage, afin que je vous connaisse; et s'il est vrai que je trouve grâce devant vos yeux, regardez favorablement cette grande multitude, qui est votre peuple; honorez-la de votre présence, et accordez-lui votre puissante protection.

14. Le Seigneur lui dit : Je ne puis vous refuser ce que vous me demandez : je marcherai en personne devant vous, et je vous procurerai le repos que je vous en ai promis.

15. Moïse lui dit : Si vous ne marchez vous-même devant nous, ne nous faites point sortir de ce lieu.

16. Car comment pourrions-nous savoir, moi et votre peuple, que nous avons trouvé grâce devant vous, si vous ne marchez avec nous, afin que nous soyons en honneur et en gloire parmi tous les peuples qui habitent sur la terre?

17. Dixit autem Dominus ad Moysen : Et verbum istud, quod locutus es, faciam; invenisti enim gratiam coram me, et teipsum novi ex nomine.

18. Qui ait : Ostende mihi gloriam tuam.

19. Respondit : Ego ostendam omne bonum tibi, et vocabo in nomine Domini coram te; et miserebor tui volneris, et clemens ero in quem mihi placuerit.

20. Rursùmque ait : Non poteris videre faciem meam : non enim videbit me homo, et vivet.

21. Et iterum : Ecce, inquit, est locus apud me, et stabis supra petram.

22. Cùmque transibit gloria mea, ponam te in foramine petre, et protegam dexterâ meâ, donec transeam.

23. Tollamque manum meam, et videbis posteriora mea; faciem autem meam videre non poteris.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—LOCUTUSQUE EST DOMINUS AD MOYSEN, scilicet, quando jam secundò Moyses ascenderat in montem Sina, ut dictum est c. 32, v. 34, in quo mansit continuè totidem diebus quot manserat prius, videlicet 40, petens veniam pro peccato populi, et in fine horum secundorum 40 dierum accepit secundas tabulas legis (priores enim jam confragerat c. 32, 19), ut patet c. 34, 28, et Deuter. 9, 18, et c. 10, v. 4.

VADE, etc., IN TERRAM QUAM JURAVI ABRAHAM, ISAAC ET JACOB. Soli Abraham expressè juravit Deus, se daturum ei Chanana; Isaac verò et Jacob tantùm eam promisit, sed simili formâ quâ Abrahamo, seu remittendo se ad id quod cum Abrahamo gestum erat; ergo promittendo eis idem quod Abrahamo promiserat, illudque ratificando et confirmando, implicite jurabat eis idem quod juraverat Abrahamo.

VERS. 2.—MITTAM PRÆCURSOREM TUI ANGELUM. Est apostrophe Dei ad populum; nam paulò ante Mosi locutus erat Deus; hic verò se convertit ad populum, loquiturque Mosi quasi internumtio populi, ejusque personam sustinens.

PRÆCURSOREM ANGELUM, qui te preecat in columnâ nubis et ignis, quoque ante te præcedens exterreat Chananeos, et tibi contra eos viam sternat ad victoriam; ita scilicet ut angelus hic non Dei, uti lactentis fecit, sed suam personam representet, voceturque angelus, non Deus, ac consequenter angelico tantùm modo et simplici custodia te comitetur, ut custos tuus; non autem illustra illa patet miracula, quæ lactentis Dei virtute et potestate patravit, tanquàm Dei

17. Le Seigneur dit à Moïse : Je ferai ce que vous venez de me demander; car vous avez trouvé grâce devant moi, et je vous connais par votre nom.

18. Moïse lui dit : Il ne me reste plus rien à désirer que de voir d'une manière sensible la justice de votre visage; faites-moi donc voir votre gloire, et je serai pleinement satisfait.

19. Le Seigneur lui répondit : Je vous ferai voir ma gloire, ma puissance et ma bonté, en vous comblant de toutes sortes de biens; et en passant devant vous, je prononcerai le nom ineffable du Seigneur, qui vous fera comprendre qu'étant le maître de toutes choses, et ne devant rien à personne, je ferai miséricorde à qui je voudrai, et j'userai de clémence envers qui il me plaira, sans que ceux à qui je ne ferai point cette grâce, puissent m'accuser d'injustice ou de dureté, puisque je ne la leur refuserai que parce qu'ils en seront indignes, ou par leur naissance criminelle, ou par leur mauvaise volonté.

20. Dieu ajouta ensuite : Vous ne pourrez voir mon visage ni la gloire qui m'environne; car nul ne me verra sans mourir.

21. Le Seigneur dit encore : Il y a sur la montagne un lieu où je me suis montré à vous, et où tous pourrez me voir en la manière que vous conviendrez. Vous vous tiendrez donc sur la pierre ou sur le rocher voisin de cet endroit;

22. Et lorsque ma gloire passera, je vous mettrai dans l'ouverture de la pierre, et je vous couvrirai de ma main, jusqu'à ce que je sois passé, de peur que l'éclat de cette gloire dont je suis environné, ne vous fasse mourir.

23. J'éleverai ensuite ma main, et vous me verrez par derrière; mais vous ne pourrez voir mon visage.

COMMENTARIUM.

nomen et personam sustinens et representans

VERS. 3.—NON ENIM ASCENDAM TECUM, non comitabor te, non ero tibi præsens uti lactentis fui, videlicet per singulare illud patrocinium, perque operationem tot signorum et miraculorum. Res enim spirituales maxime præsentés esse sentiuntur per operationem tibi propriam et commensuram. Ita Abulens. et colligitur ex Chaldaeo v. 16.

POPULUS DURÆ CERVICIS ES, q. d. : Es populus cervicosis, inobediens, refractarius; hinc ne ad iram me concites, nolo te comitari, sed mittam angelum qui te ducat. Hæc enallage personarum et commutatio sermonis apud Hebræos passim est obvia.

NE FORTE DISPERDAM TE, ne vindicem maximam tuam ingratitude et irreverentiam in me meaque majestatem, ut habet Chald. admissam, si videlicet ego per tot miracula me tibi presentem, et tam clementem, tuique amantem et curam gerentem ostendens, tamen à te negligat, spernar, et idolis postponar, uti jam vitulo postpositus fui.

VERS. 4.—AUDIENSQUE POPULUS SERMONEM HUNC PESSIMUM (tristissimum) LUXIT, ET NULLUS EX MORE INDUTUS EST CULTU SUO. Que hic de populo dicuntur, ordine non suo inserta sunt. Abrumpunt enim continuum Dei cum Mose colloquium, quod fuit secundis illis 40 diebus in monte. Itaque Moses hic more suo, colloquio Dei historicis verbis Dei consonam interjicit, videlicet quid ad Domini verba dixerit et fecerit populus, quando ea audivit; quod factum est non eodem die quo hæc Mose dixit Dominus, sed post 40 dies colloquii Mosis cum Deo in Sinâ, quando videlicet iis

evoluit Moses de monte descendit, et narravit populo quid cum Domino egisset, quidque dixisset Deus. Hisce enim auditis, cognoscens populus, Deum adhuc sibi esse infensum ob idololatriam, luxit, et deposuit ornatum suum, et Septuaginta vertunt: *καταβύβρατος καὶ ἀναβάσις*, id est, *lucens in lugubrius*, scilicet vestibus. Est ergo hic histerion proteron; Moses enim integros 40 dies mansit in monte cum Domino, nec inde descendit nisi die 59, ut tabulas legis dolaret, ac mox eodem die rursus in montem ascendit; ac sequenti die 40 Deum Tabulis Decalogum inscripsit, ut patebit cap. sequenti. Ita Abulens.

VERS. 5. — DIXITQUE DOMINUS AD MOYSEN. Eadem scilicet vice, quæ v. 4, 2, 3, locutus est ad Moysen, unde et eadem quæ ibi dixerat hic repetit et inculcat Deus, ut ad penitentiam Hebraeos magis inflectat; patet ex dictis v. 4.

SEMEL ASCENDAM ET DELEBO TE. Est gravis obijurgatio, q. d.: Si semel in te irruam, omnino delebo te.

JAM NUNC DEPONE ORNATUM TUUM. Hinc patet Hebraeos paulo ante, v. 4, non deposuisse ornatum suum, sed illud per anticipationem ibi dici; alioqui enim postea hoc versu non haberent ornatum suum deponere, si eum jam deposuerant. Ornatus hic fuerunt vestes mundæ et festivæ, quas accepturi legem in Sinâ induerant, cap. 19, v. 40, et hæc usque non deposuerant, utpote Deo adhuc cum illis per Moysen loquentem. Unde Septuaginta vertunt: *Αυφerte στολας gloriaram vestram*. Ita Oleaster et alii. Chaldaeus tamen sic explicat: *Depone ornatum tuum*, id est, tua arma bellica. Addit Hieron. Prædo in Ezech. 24, pag. 512, et alii, ut dixi 32, v. 25, per ornatum hie accipi aureas byssinasve corollas, quas sibi in Sinâ Hebraei imposuerant, ut esset symbolum suæ desponsationis cum Deo. Unde Hebræum *adî, stolas*, vela, pepa serica, monilia, coronas, similemque ornatum, qui vestibus affligitur et applicatur, magis significat quam ipsas vestes ornatas, id est, elegantes, pretiosas et festivas.

Nota. Sicut herus servum peccantem quem verberare constituit, nudari præcipit, sic hie voluit Deus, ut Israel se quasi nudaret, et nudum Deo flagris cedendum presentaret, ut hoc humilitatis et penitentiae habitu veniam impetraret. Sic qui olim penitentiam publicam agebant in Ecclesia,posito ornatu, cilicis induti, sacerdotibus quasi reos ad penam et disciplinam se offerbant.

UT SCIAM QUID FACIAM TIBI. Ut visâ tuâ penitentia decernam qualem penam, an levem, an graviorem, ulterius tibi indigere debeam.

VERS. 6. — DEPOSUERUNT ERGO FILII ISRAEL ORNATUM SUUM, tum ex spontaneo suo luctu, tum præcepto Domini incitati. Rursus hic interruptum colloquium Dei cum Mose, per historicam narrationem ejus quod præceperat Deus; nam hæc depositio ornatus contigit post 40 dies, cum Moses à Deo et monte rediit ad populum.

A MONTE HOREB, ad montem Horeb (est enallage præpositionis), puta consistentes juxta Horeb sive

Sinai, ubi Deus propter vitulum offensus apparebat.

MOYSES QUOQUE TOLLENS TABERNACULUM, TENDENDIT EXTRA CASTRA. Nota, hæc quoque et sequentia usque ad vers. 12, per anticipationem dicti, et suo ordine inserenda esse post cap. 54. Id ita esse patet primò ex eo quòd hæc precedenti ornatus depositioni annectantur, quasi simul hæc facta sint; ornatus autem depositio contigit post 40 diem, cum videlicet Moses jam descendisset de monte. Voluit enim Moses hæc simul narrare et jungere, tanquam penitentia signa, quibus se idoli sui penitere ostendit populus. Nam hoc ipso quo tabernaculum extra castra fiebat, castra summo suo decore spoliabantur, videbanturque esse quasi excommunicata. Idem secundo patet ex eo quòd dicitur hic eo tempore vocatum fuisse hoc tabernaculum federis, puta à secundis tabulis legis, quibus fœdus deus sanctum est, quas Moses in hoc tabernaculo, tanquam Dei domicilio, deposuit. Nam hæc secundas tabulas federis confirmatrices, certum est Moses non accepisse ante 40 diem jam dictam. Tertio, quia Moses ascendit secundo in montem cap. præv. v. 51, ibique mansit per 40 dies continuos, ut patet cap. seq. v. 28. Ergo quæ hic interjiciuntur, post hosce 40 dies, cum Moses jam de monte descendisset, contingerent, nisi dicas hosce 40 dies fuisse interruptos per unum diem, quo Moses de monte descendit, egitque cum populo ea quæ hic enarrat à v. 4 ad 12. Verùm hoc non est verisimile; nam Moses cap. seq. v. 28, indicat satis se continuò 40 diebus et noctibus fuisse cum Deo in monte. Ita Abulensis.

TABERNACULUM. Tabernaculum hoc non fuit illud quod jussit Dominus fieri cap. 26, quodque post hæc factum et erectum narratur cap. 40, in quo trina cum mamâ, arcâ et Cherubim deposita fuerunt; nihil enim horum hoc tempore fabricatum erat, sed erat hoc tabernaculum parvum tentorium Moysi, quatenus ipse erat dux populi; unde eò convenire solebant seniores, acturi concilium cum Mose; hinc etiam tabernaculo incubabat columna nubis, quæ erat dux itineris. Denique Deus ad ostium hujus tabernaculi se per nubem videndum exhibebat, ibique colloquebatur cum Mose, spectante populo, ac dabat responsa, ut hie dicitur. Quando tabernaculum hoc factum sit, incertum est. Ex dictis credibile est factum esse sub idem tempus, quo columna nubis à Deo data est castris Hebræorum, cap. 15, 21. Cessavit usus hujus tabernaculi fabricato altero illo splendido, quod Dominus jussit fieri cap. 26, quodque factum et erectum est cap. 40.

VERS. 8. — CUMQUE EGREDERETUR MOYSES AD TABERNACULUM, SURGEBAT UNIVERSA PLEBS, quasi surgendo et stando reverentiam exhibens Deo, et Mosi Dei vices gerenti, suoque capiti et rectori.

VERS. 9. — LOQUEBATURQUE CUM MOYSE, scilicet columna nubis quæ præcessit, id est, angelus, qui columna nubis tegebatur, et hic vices Dei gerebat. Unde v. 11, dicitur Dominus locutus, puta non per se, sed per angelum hunc columnæ presidem. Id autem fiebat ad hoc ut populus Moysen revereret,

sciretque eum non sua, sed Dei mandata promere.

VERS. 10. — ABOREBANT PER FORES TABERNACULORUM SCORUM, q. d.: Adorabat quisque Deum stans, vel potius proculcans in genua in ostio tabernaculi sui, convocendo se ad tabernaculum Moysi, in quo angelus vice Dei cum Mose per columnam nubis loquebatur.

VERS. 11. — LOQUEBATUR AUTEM DOMINUS AD MOYSEN FACIE AD FACIEM. Chald., *verbum ad verbum*. Septuag., *ἑστὸς ἐστὸς, præsens præsentis, facialis facialis*. Quare verisimile est, angelum hunc specie corporeâ et humanâ apparuisse Mosi, et cum eo colloctum esse, quem tamen Moysen agnoscens non hominem esse, sed angelum Dei vices gerentem, summâ humilitate et reverentiâ audiivi, eisque respondit.

Tropol. S. Hieron. in psal. 155: Habet, inquit, Dominus Jesus qui quasi ad faciem suam sibi ministrat, puta monachos et virgines; habet alios, qui in agris sibi servant, puta seculares.

MINISTER EJUS JOSUE, FILIUS NON, PUEB, NON REDEBAT DE TABERNACULO. Josue vocatur hic puer, non ætate, jam enim præfuerat bello contra Amalec c. 17, sed obedientiâ, innocentiâ et disciplinâ; erat enim discipulus Moysi, ab eoque erudiebatur tanquam futurus ejus in regimine populi successor. Sic passim in Script. discipuli et famuli vocatur pueri, quia minores et inferiores sunt magistro vel hero; et vice versâ heri et magistri vocatur patres. Sic: Elisæus Eliam vocat patrem, dicens: *Pater mi, currus Israel* (tu es) et *auriga ejus*; sic servi Naaman eum vocant patrem, 4 Reg. 5, v. 15. Sic Abrabæ servus vocatur puer; Genes. 18, 7; sic Giezi vocatur puer Elisæi; sic David loquitur pueris, id est, famulis suis, et passim in libris Regum famuli vocatur pueri. Josue ergo non recedebat de tabernaculo, ut locum sacrum quasi custodiret absente Mose, utque servaret legis tabulas, simul interim vacabat orationi et contemplationi.

De recessu Moysi à tabernaculo ad castra tropologiam vide apud S. Gregorium p. 2 Pastor. c. 5: *Qui, inquit, præsumit aliis, Dominum sæpi consulunt oportet, neque ita tamen Dominum contemplando appetant, quin doctum quoque ad membra illius miserando descendant*. Unde Chaldaeus hoc tabernaculum vocat domum doctrinæ, quia in eo à Deo docebatur Moyses in negotiis et causis, de quibus eum consulebat.

VERS. 12. — DIXIT AUTEM MOYSES AD DOMINUM. Redit Script. ad intercaum narrationem colloqui Domini cum Mose; igitur hæc connectenda sunt cum v. 5.

PRÆCIPIS UT EDUCAM POPULUM ISTUM, ET NON INDICAS MIHI QUEM MISSURUS ES MECUM. Dixerat Dominus Mosi: *Angelus meus præcedet te*, sed certum aliquem non designaverat; verùm Moses ductu et comitatu angeli non contentus, volebat ut Deus ipse comitaretur, essetque dux castrorum; hoc hie verecundè, idèque ambiguit et in terminis generalibus peti Moyses, dicens: *Non indicas mihi quem missurus es*; idque crescente sermone simul et animo ac libertate clariùs explicat eum subdit v. 13: *Ostende mihi faciem tuam*, q. d.: Illam mitte nobiscum, facies tua nos ducat, iterque

præcat. Rupert. et Lipoman. putant Moysen petere ut Deus mittat Christum; hic enim est ille qui mittendus est. Sed hoc non est literale.

PRÆSENTEM CEM DEXERIS: NOVI TE EX NOMINE. Sept.: *Novi te præter omnes*, q. d.: Præ omnibus te elegi et diligo, mihi que places.

VERS. 13. — OSTENDE MIHI FACIEM TUAM. Hebr.: *Ostende mihi vicem tuam*, ut scilicet tu teipsum et facie tuâ viam nobis præceas et ostendas; hæc enim est via tua. Unde Septuag. vertunt: *Ostende mihi teipsum manifestè, aut cognoscibiliter*. Quare immeritò Eugubinus hic carpit Septuag. et interpretem nostrum. Hinc patet, non petisse hie Moysen visionem Dei, vel essentia divina, uti videtur vello S. August. Epist. 112, et lib. 2 Trin. 16, et S. Greg. 18 Moral. 56, et D. Thom. in 2 Corinth. 12: nam paulo post Moyses clariorem petet Dei visionem, quam eadem Deus negabit, eum prioribus hisce ejus petitionibus annuit.

UT SCIAM TE, ut cognoscam te mihi et populo placitum, propitium et præsentem.

VERS. 14. — DIXITQUE DOMINUS: FACIES MEA PRÆCEDET TE, id est, ego ipse præcedam te; hoc enim petierat Moyses v. 13, scilicet ut non angelus, sed Deus ipse adesset, et præcederet castra Hebræorum. Illud hie Moysi annuit Deus, unde Chald. vertit: *Majestas mea præcedet te*.

Aliena ergo à mente Script. est expositio Ruperti et Abulens, qui per faciem intelligunt angelum aliquem primarium, qui dicitur angelus facierum, eò quòd proximè assistat Deo. Utitur verò Deus facie hominæ; non enim dicit, *ego*, sed, *facies mea præcedet te*, primò, quia, ut ait S. Gregor. 18 Moral. 2, per faciem designatur notitia et familiaritas, q. d.: Ego facie meâ te præbio familiariter et jugiter per quævis ardua, iterque, quamvis invium videatur, facile et patens ostendam. Secundo, quia nomine faciei respectu gratiæ designatur, quæ Hebræos in terram promissam feliciter erat perductura. Hie ergo Deus Mosi annuit id quod petierat, atque ad eò hie omnino se populo reconciliatum ostendit, conceditque pristinam suam presentiam ad victorias illustres, et ad opera magnifica et miraculosa ac divina pro Hebræis patranda; hæc autem præstitit Deus non immediatè per se, sed per angelum presidem columnæ, ducentem exercitûs Hebræorum, cui suas vices delegavit, quemque ita sua potentia et auctoritate instruxit, ut non angelus, sed Deus castra præire dicitur et videatur; hoc enim solam petiit Moyses, hoc et impetravit.

ET REQUIEM DABO TIBI, ut inter medios hostes meâ nixus presentia, signis et miraculis in meâ ope securus quiescas, tandemque ad terram promissam victor pervenias, eamque quietè possideas.

VERS. 15. — ET AIT MOYSES: SI NON TU IPSE PRÆCEDAS, NE EDUCAS NOS DE LOCO ISTO. Pro, *si non tu ipse præcedas*. Hebr. Chald. et Septuag. habent: *Si facies tua non præcedat*; unde patet Moysen hie non aliud petisse quam confirmationem ejus quòd Dominus jam concesserat; sed id fusiùs et urgentius hie

explicare, tum quia illectus colloquio divino, eo diutius frui cupiebat, de quo vide S. Ambros. lib. 5, epist. 11 ad Ireneum, piè et pulchrè disserentem, tum quia ad hoc inclitabat eum vehementia desiderii salutis populi; verebatur enim Moyses ne quo modo Dominus rursùm irritatus negaret et revocaret id quod promiserat: unde et c. seq. vers. 9, rursùm idem petit; tum denique quia Moses pariteriebat aliam petitionem v. 18, cui ut viam sternat, hinc huic insistit diutius.

VERS. 16. — IN QUO ENIM SCIRE POTERIMUS, INVENISSE NOS GRATIAM IN CONSPPECTU TEO, NISI AMBULAVERIS NOBISCUM? Chaldaeus vertit: *In quo sciemus quòd invenimus gratiam coram te, nisi cum ambulaverit iustas tua nobiscum, ut fiant nobis miracula et dividamur ab omni populo terræ?* Videt hic Moyses per faciem Dei non aliud petisse quàm illustria miracula et opera Dei; unde et sequitur:

UT GLORIFICEMUR AD OMNIBUS POPULIS. Hebr. *niphlinu*, tripliciter verti potest: primò, ut glorificemur; secundò, ut dividamur; tertio, ut mirificemur; unde et pulchrè Chald. vertit, *ut fiant nobis miracula*; ad hoc enim petebat Moyses non angelum, sed Deum ipsum humectum ducentem viam; idque ei concessit Deus dans ei angelum, qui non angeli, sed Dei nomen, personam et potestatem gereret et exerceret.

VERS. 17. — ET VERUM ISTUD QUOD LOCUTUS ES FACIAM, q. d.: Expressisti hic confinio quod expressisti petebas et repetebas, licet tacite idem concesserim ante, videlicet ut glorificem vos per signa et miracula, in conspectu omnium gentium, idque ex nunc, ut non discedatis ex hoc loco nisi me duce, directore et protectore, sed per angelum, cui meas vias demando.

Moraliter discant hic principes et prelati, singulique fideles quàm in omnibus Dei ducatum et directionem exposcere debeant, uti facit hic Moyses; sic enim eis omnia prosperè cedent. Ita David orat psal. 118, 155: *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum*; et psal. 24, 4: *Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me*; unde 1 Reg. 18, 14, de eo dicitur: *In omnibus quoque viis tuis David prudenter agebat, et Dominus erat cum eo*. Saulè verò eum persecutante multos composuit psalmos, quibus à Deo protegi et dirigi postulat; itaque Saulis manus evasit, rex creatus est, Syros, Philistinos, Ammonitas, omnesque hostes suos felicissimè debellavit. Ita Salomon à Deo dirigi postulat: *Da mihi, Domine, sedium tuarum assidetricem sapientiam; quoniam servus tuus sum ego, et filius ancille tue, homo infirmus, etc.* Sap. 9, 4. Idem monet dicens: *In omnibus viis tuis cogita illum (Deum), et ipse diriget gressus tuos*, Prov. 5, v. 6; et cap. 16, v. 9: *Cor hominis disponit viam suam, sed Dominus est dirigere gressus ejus*. Ita Josaphat rex cinctus ab hostibus, orat: *Cum ignovimus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te*; itaque insignem à Deo victoriam impetravit, 4 Paral. 20, 12. Hunc imitemur in periculis, in arcibus, in dubiis et perplexitatibus positi, totoque corde ad Deum recurramus et similes Dei opem, lumen et

directionem experiemur. Hæc de causâ Tobias docet filium dicens caput 4, v. 20: *Omni tempore benedic Deum, et pete ab eo ut vias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permaneant*; itaque faciens filius Raphaelæm angelum viæ ducentem, Saram uxorem, opes amplas, omniaque prospera impetravit; quin et patri visum resiliuit. Hinc et Cassianus movet ut ante singulas actiones oreimus: *Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina*; unde illud ipsum orat Ecclesia initio singularum horarum canonicarum; atque mane quotidie ad primam cum Davide orat: *Sti splendor Domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige*. Atque ad primam, tertiam, sextam, nonam, recitat psal. 118, quo orat Pealtes ut Deus vias nostras in lege sua dirigat. Ratio est, primò, quia, ut ait Salomon Sap. 9, v. 14: *Cogitationes mortalium timidae, et incerte providentiæ nostræ*; ergo à supremâ prudentiâ Dei dirigende sunt, ejusque directio efflagitanda est. Secundò, quia ad Dei providentiam spectat, omnium creaturarum, presertim hominum, actiones dirigere; hocque ejus est objectum. Quare Dei munus invadit, eique injuriam facit, qui hoc sibi arrogat, quasi sine Deo solus sapere, sequæ et suas actiones sapienter dirigere possit. Tertio, quia solus Deus novit eventus futuros, tam absolutè, quàm conditionatè: quid scilicet eveniet, si hoc vel illud egero, aut non egero; quid ego in hæc illâve re, hoc aut illo loco, tempore, statu, conditione esse acturus, ac presertim an benè victurus, perseveraturus, ac salvandus; an malè victurus et dammandus. Ergo qui sapit, ad Deum recurat, oreque assidue: Domine, qui omnium habes prescientiam et providentiam, dirige me rectè ad salutem, per illas vias que peccati non habent scandalum, per illas semitas quibus peccati non certò pervertuntur ad gloriam, ad quam me creasti; atque divertite et arce à me vias illas, quas si ingrediar, præcis meis peccaturum et dammandum; in hoc enim cardò salutis vertitur, inde pendet mea electio vel reprobatio, mea gloria vel damnatio. Sic directus fuit à Deo pius Abraham, per omnes peregrinationis suas vias sospes et felix. Sic directus fuit Jacob, unde de eo ait Sapiens c. 10: *Hæc (sapientia Dei) justum deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei (in Bethel), et dedit illi scientiam sanctorum, et honestavit, id est, ditavit, illum in laboribus, et complevit labores illius*. Sic directus fuit à Deo Joseph, de quo eodem cap. dicitur: *Hæc venditum justum non dereliquit, etc., donec afferret illi sceptrum regni, etc., et illi dedit claritatem æternam*. Sic directus fuit Moses cum Hebræis per mare Rubrum, per desertum duce angelo columnæ præside 40 annis, donec pervenirent in terram promissam. Sic directus fuit Josue in omnibus bellis, quibus Chanææos delevit. Sic directus fuit Judas Machabeus cum paucis contra plurimos dimicans, semperque vincens, quia Dei ductum ante prælium semper implorabat, excepto ultimo in quo occubuit. Sic directus fuit Gregorius Thaumaturgus, qui fide in Deum mixus, omnia que aggrediebatur, feliciter

perficiebat, idque sæpè per miracula; idèoque cum Neocæsarem ad episcopatum veniens 17 tantùm fideles invenisset, moriens 17 tantùm in eâ indeeles reliquit. Sic directus fuit Theodosius, Carolus Magnus, Carolus V, alique pii reges et principes in bellis, que contra Ecclesiæ suosque hostes felicissimè gesserunt.

VERS. 18. — QUI AT: OSTENDE MIHI GLORIAM TUAM. Petierat Moyses v. 15, dicens: *Ostende mihi faciem tuam*, concessit hoc ei Deus; hic ulterius petit dicens: *Ostende mihi gloriam tuam*, sed hoc abnuat et recusat Deus.

Quæres quam Dei gloriam videre velit hic Moyses? Philo, de Monarchiâ, per gloriam intelligit ideas et potestates quæ sunt in Deo et mente Dei. Secundò, Tertull. intelligit gloriam humanitatis Christi, quam ipse ostendit in transfiguratione, in monte Thabor coram Moze et Eliâ, de quo paulò post plura. Tertio, alii per gloriam intelligunt essentiam divinam, quasi hanc videre petierit Moyses. Ita S. Hieronym., vel quisquis est auctor Comment. in S. Marcum, capite ult. Rupert., Lipoman. ac S. Augustin. lib. 12 de Genes. ad lit. cap. 27, et Suarius de Deo trino et uno, libr. 2, c. 50, num. 45. Imò S. Amb. in ps. 118, serm. 8, videtur sentire quòd Moyses petierit Dei essentiam videre oculis corporeis. *Norat, ait, sanctus vates Domini, quòd invisibilem Deum facie ad faciem videre non posset; sed devotio sancta mensuram supergreditur. Præterit ergo Deo etiam hoc esse possibile, ut corporeis oculis faceret id quod est incorporeum comprehendere. Grata cupiditas atque inexplebilis, quòd Dominum suum manu tenere, et obtutu oculorum videre cupiebat. Verùm S. Amb. videtur loqui de visione essentia divine, non in se, sed in aliquâ ideâ, specie vel figurâ corporatâ. Videatur enim ipse sensisse Dei substantiam à nemine, ne à Beatis quidem, immediatè ut in se est videri posse, sed tantùm mediante aliquâ luce, umbrâ, velo, vel specie, quod etiam videntur sensisse S. Chrys. contra Anomæos, et S. Basilii. lib. 1 contra Eunomium; reprehendit enim eum quòd doceret Dei substantiam, uti in se est, ab homine videri posse; licet aliqui hoc limitent, adiantque, *viribus nature, et in hæc vitâ*. Hoc enim volebat Eunomius, nimirum se similesque viros sapientes suâ acie ingenii, et suis viribus in hæc vitâ posse videre, imò comprehendere Deum uti est in seipso, quod merito impugnant S. Basil., Chrysost. et Ambros.*

Verùm dico Mozes hic tantùm petisse ut Dominus, id est, angelus Domini personam sustinens, qui caligine tectus cum eo loquebatur, illam amoveret, ut clarè gloriam ejus, id est, speciem exteriorè gloriæ illius, videre posset; idque ad hoc, ut clariorem divinæ majestatis cognitionem ex hæc visione perciperet, utque populo gloriam hanc Dei referret et deprecare posset. Sic vidimus c. 5, v. 15, eundem Mozes petisse à Deo revelari sibi nomen Dei; ut illud populo proponeret. Loquebatur enim Dominus cum Moze voce corporeâ; sed ab eo ob caliginem non videbatur; cupiebat ergo Mozes formam ejus, qui secum loque-

batur, videre. Id tantùm Mozes petisse patet ex responsione Domini dicens: *Non poteris videre faciem meam*, scilicet gloriam meam, quam tantoperè tu, ô Mozes, videre postulas. *Gloria ergo est facies gloriosa vel corpus gloriosum Dei, quod Mozes non potuit videre in facie, sed tantùm in tergo, uti mox dicam*. Ita Abulens. Oleaster et alii.

VERS. 19. — RESPONDIT: EGO OSTENDAM OMNE BONUM TIBI. Hebr., *ostendam bonum meum*. Multi per hoc bonum intelligunt divinam essentiam (hæc enim est omne bonum) quam Mozes in hæc vitâ vidisse putant. Ita sentiunt S. Aug. ep. 112, c. 12 et 15; Basil. hom. 1 Hexam., qui tamen illud revocat lib. 4 contra Eunom.; Ambr. 1 Hexam. c. 2; Lyran., Abulens., Beda, Hugo, S. Thom. 2-2, q. 154, art. 5; Durand. in 4, d. 46; Sixtus Senensis lib. 5, c. 41. Verùm, ut in fine capitis ostendam, ex hoc loco nihil pro hæc eorum sententiâ colligi potest. Unde

Dico: Deus hic concedit Mosi id quod ipse petierat, dicens: *Ostende mihi gloriam tuam*: hanc enim, hic vocat *bonum Dei*, vel *omne bonum*; *bonum ergo hic idem est quòd præstantia, excellentia et pulchritudo, hoc est gloria Dei apprens in corpore assumpto, que Dei majestatem aliquo modo refert, queque sit tanta, quantum capere possit mortalis Mosis oculus, q. d.: Petis, ô Mozes, videre corpus meum gloriosum; ego illud tibi ostendam, non in facie, sed in tergo. Unde Chald. vertit: *Ego transire faciam omnem gloriam meam super faciem tuam*; Hebr. habent: *Transire faciam omne bonum meum ante faciem tuam*, quod sine dubio non est aliud quàm illud quod paulò post subditur: *Cum transibit gloria mea, ponam te in foramine petra, et videbis posteriora mea*. Ita Abul., Oleaster et Molina, qui sic explicat: *Ostendam tibi omne bonum*, id est, perfectissimum et excellentissimum quiddam.*

ET VOCABO IN NOMINE DOMINI. Aliqui legunt, *et vocabor*, id est, et vocari me faciam vestrum Deum et ducentem ex miraculis, que pro vobis faciam, inquit Hugo. Verùm Hebr., Chald., Sept. et Romana Latina habent: *Et vocabo*, hæcque est vera lectio, q. d.: *Ego vocabo in nomine Domini*, id est, ego inelamabo nomen Domini; cum videlicet transibo ante te, in petrâ tectum et absconditum; inelamabo, ut scias me transire, ac respicias, meque posteriora videas; inelamabo, inquam, epitheta nominis Dei, dicens, ut dicitur c. 34, 6: *Dominator, Deus misericors et clemens, patiens et verax, etc.*, idque ut doceam te modum invocandi et deprecandi me, meque his epithetis compellandi. Id patet ex Septuag. qui vertunt: *Vocabo, Dominus coram te*; et ex c. 34, v. 6, ubi Dominus præstat Mosi id quod hic ei promittit, quod maximè liquet in Hebræo, in quo utrobique eadem est phrasit: *Vocabo ergo in nomine Domini*, id est, vocabo et inelamabo epitheta jam dicta nominis Domini, et vocando eadem invocare te suscepo debeo.

MISEREBOR CUI VOLUERO. Hebr. *Septuag. et ex his*

S. Paulus Rom. 9, 15, habent: *Misererebatur cui misererebatur*, id est, misererebatur cui voluero, cui mihi placuerit vel libuerit. Hoc primò sic exponit Abulensis, Vatabl. et Lipoman., q. d.: Ostendam tibi omne bonum, non ob tua merita, sed ex liberali meâ clementiâ et misericordiâ. Secundo, S. Chrysost., Theoph., Theod., Œcum. in c. 9 ad Rom., sic exponunt, q. d.: Ego vituli adoratores, quos volo, per levitatem vel ineptiam maectabo, aliis verò, quibus volo condonare, misererebatur et paream. Verum dico, genuinus hujus loci sensus est hic: Ego Deus transiens ante te, ô Moses, vocabo et inelamabo nomen Domini, dicendo: *Dominator Domine*, aliaque Dei epitheta, sed maxime hoc: *Misererebatur cui voluero*, id est, ego et clemens et misericors sum, sed liberalim; miserere enim et cui voluero. Hoc enim epithetum clementiâ pluribus vocabis exprimitur in hoc Dei transitu, c. 34, v. 6, ubi hæc vox sive vocatio Dei enarratur; ibi enim impletur id quod hic promittitur: vult enim Deus maxime hoc nomine clementiâ à nobis invocari, utque illâ nitamur, non autem nostris meritis. Principem enim, regium et divinum animum maxime decet et ornat clementiâ; et ergo, et *misererebatur cui voluero*, et *clemens ero in quem mihi placuerit*, technicè sive materialiter accipiendum est: pendet enim quasi objectum à verbo vocabo.

Moral. Nota hic magnum et divinum quid esse clementiam. *Nullum magis decet clementiam quam principem*, ait Seneca, lib. de Clementiâ, apud quem vide multa præclara de hæc re. Et Cicero lib. 1 Offic.: *Nihil, ait, est laudabilius, nihil magno et præclaro viro dignius placibilitate atque clementiâ*. Et Ovidius lib. 3 Trist. eleg. 5:

Quod quisque est major, magis est placabilis ira.

Et faciles motus meus generosa capiti.

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,

Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet;

At lupus, et turpes instant morientibus ursi,

Et quæcumque minor nobilitate fera est.

Julius Cæsar tantâ clementiâ erga hostes et rebelles usus est, ut Marius non semel dixerit: *Cæsar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant; qui non audent, humanitatem et clementiam*. Augustus Cæsar Cinnam necem sibi machinantem, vocans: *Ego, ait, te servavi in castris hostium repletum, ego tibi patrimonium omne concessi, ego te ornari sacerdotio, cur me occidere voluisti? Perturbato Cinnâ, sic finit orationem: Vitam tibi, Cinnâ, iterum dico, prius hosti, nunc insidiatore et parricide. Ex haec diem die inter nos incipiam amicitia; contendamus, utrum ego meliori fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas*. Et consulatum obtulit. Vis exitum? Cinnam habuit perpetuò amicissimum, solus ille Cinnæ fuit hæres. Ita Sueton. in vitâ August. Alexander Magnus tam clemens victor quam acer bellator fuit, ait Plutarch. Nero imper. initio imperii ita clemens fuit, ut cum sententiâ cujusdam capite damnati subscribere deberet, exclamârit: *Utinam literas nescirem!* Titus

imp. fratrem Domitianum insidias molentem non est ultus, sed his verbis admonuit: *Quid opus te parricidio potere, quod me volente olenturum est, imò quod jam habes imperiî participes? nonne rectè ait Claud.*

Cum vincamur ab omni

Munere, sola Deos aequat clementia nobis?

Aurelianus imper. teste Vopisco, cum Tyanam venisset, eamque oclusam reperisset, iratus dixit: *Canem in hoc oppido non relinquam*. Hæc voce ereciti milites in spem præde; urbe autem captâ, militibus respondit: *Agite, canem me negavi relicturum, canes omnes occidite, et sic promissis satisfecit, et clementer hostes suos tractavit*. Galieni junioris imper. uxori quidam gemmas vitreas pro veris vendiderat; re contemptâ mulier flagitavit vindictam. Cæsar jussit hominem corripit, quasi leoni objecturum. Deum in arenam, dum impostor et populus expectant terribilem leonem, prostravit caper. Cunctis rem tam ridiculam mirantibus, per præconem dici jussit: *Imposturum fecit, et passus est*. Eadem operâ refellit impostorem, et derisit uxorem. Ita Trebel. Pollio. Alexander Severus imper. cum uxor Memmia et mater Mamaea ei obijcerent quòd nimis clementiâ ejus potestas elliceret, respondit: *Sed severior est et diuturnior*. Idem Ovium Camillum senatorem rebellantem et tyrannidem affectantem, consortem imperiî fecit, Cæsaremque creavit, ait Lamprid. Rudolphus imper. cum post mortum mutationem elementior æquo suis videretur, ait: *Severum et immitem fuisse me aliquando pœnituit, lenem et placibilem nunquam*. Ita Æneas Sylvius lib. 2 Comment. de Gestis Alphonsi. Alphonus rex, teste Panorm., dicebat: *Malo multos meos clementiâ servare, quam paucos meâ severitate perdere*. Et rigidioribus: *Vultisne, ait, ut leones et ursi regnent? Idem: Mali, ait, citius benevolentia, quam severitate in viam virtutis revocantur*. Ego, ait, *justitiâ bonis gratus sum, malis autem clementiâ*. Sigismundus Cæsar, teste Aneâ Syrio in ejus Vita, eos reges beatos dicebat, qui *ejectis ex aula superbis manuctos sibi discerent*.

VERS. 20. — NON POTERIS VIDERI FACIEM MEAM; NON ENIM VIDEBIT ME HOMO ET VIVET. Loquitur de facie corporeâ et assumptâ (hanc enim videre petebat Moses, uti dixi), quâ se aliquatenus majestas et gloria Dei representat, et videndam exhibet. De eâ enim non autem de facie, id est, essentiali deitatis hic sermonem esse, patet ex eo quod sequitur: *Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris*. Sensus ergo est, q. d.: Cupis, ô Moses, videre fulgorem faciei meæ; ut in facie videas eum qui tecum loquitur, cujusque voces audis; verum scito id fieri non posse; nam fulgor hic faciei meæ, licet corpore et assumptus, quia tamen aliquo modo fulgorem essentiali et majestatis meæ referre, adumbrare et representare debet; hinc talis tantusque est, ut illum ferre non possit mortalis oculus, quin protinus hoc fulgore homo excecetur, imò examinetur et moriatur; hoc enim est quod ait: *Non videbit me homo et*

viuet. Ita Abulensis. Tum quia visio Dei ex ejus lego et ordine servatur Beatiss., quasi comprehensoribus post hanc vitam; in hac verò vitâ viatoribus tantum promittitur, et quod premium ad laborandum invitans proponitur; tum quia fulgor hic divinus est igneus et fulgureus, utpote index divini potestatis, actualitatis et vindictæ; quâ de causâ Deus in Sinâ apparuit in specie ignis, sed nube velati refractique et emittis, ac in castris in specie columnæ nubis et ignis. Si enim fulmen homines suâ coruscatione et fulgore perstringens occidit, multo magis fulgor hic fulmineus Dei fulminantis majestatem et potentiam ex æquo, quoad fieri potest, Mosi cominus representans, eum non tantum excecasset, sed et instar fulminis afflasset et incinerasset.

Symbol. Nyssen.: *Non videbit me homo et vivet*, quia cognitio presens, inquit, est finita; Deus autem est infinitus.

Tropol. S. Gregor., 18 Moral. 37: nullus unquam Deum spiritualiter videt, et mundo carnaliter vivit; non enim possumus simul Deo frui et mundo. Quomodo videtur Deus à castis mentibus in hac vitâ, vide S. Bern. serm. 51 in Cant. et S. Ambros. lib. de Bono mortis, c. 11.

VERS. 21, 22 et 25. — ECCE, INQUIT, EST LOCUS APUD ME, ET STABIS SUPRA PETRAM, CUMQUE TRANSIERIT GLORIA MEA, PONAM TE IN FORAMINE PETRÆ, ET PROTEGAM DEXTERA MEA, DONEC TRANSEAM; TOLLAMQUE MANUM MEAM, ET VIDEBIS POSTERIORA MEA; FACIEM AUTEM MEAM VIDERI NON POTERIS. S. Aug. q. 134 in Exod. negat hic corporalem Dei vel angeli speciem promissam fuisse à Deo, aut visam à Mose, sed meram fuisse prophetiam, eò quòd postea Mosen reipsâ corporaliter vidisse Deum non legamus. Posteriora ergo Dei visa à Mose, censet esse mysteria Christi post ejus ascensionem credita à Judæis. Prædicante enim Petro dixerunt: *Quid faciemus? et baptizati sunt, et acceperunt Spiritum sanctum*, Actor. 2, 57. Denique in fine mundi omnis Israel salvus fiet. S. August. sequitur Cajet. dicens: Non promittitur res gerenda, sed parabola est; petra significat erectam ac fixam mentem, quâ elevatus est Moses, ut intelligibiliter cognosceret Deum; manus Dei appositæ petræ significat quædam attributa ei velata fuisse, et tantum ea ostensa quæ Deus voluit, per manum transparentem quasi lucē suâ ei demonstrare. Verum hic mysticus est sensus. Certum est ad litteram promitti Mosi visionem Dei, id est, angeli vicarii Dei in corpore assumpto, eamque illi reipsâ obtigisse patetib. c. seq. v. 5 et 6. Porro hanc petram esse illam ipsam, è quâ Moses jussa Dei aquam populoleicuit Exodi, 17, 6, censet S. August., hic quest. 154, ita ut aqua ex petrâ in Sinâ per quatuor miliaria fluxerit in Raphidim, ubi erant castra Hebræorum. Idem censet Fernand. visione 7, sect 2, qui et addit, petram hanc comitatam esse Hebræos in deserto per 40 annos, aut per se aut per fluxum aque. Verum hæc incerta sunt.

Allegoricè, petra est Ecclesiæ fideique soliditas; et sine quâ nemo Deum cognoscere potest, de quâ Christus Petro Matth. 16: *Tu es Petrus, et super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam*. Ita Theod. et S. Greg. 35 Moral. c. 6. Nyssenus verò: *Christus, ait, circumfusus est locus et via, infirmis lapis, domus quiescentibus*. Insuper S. Thom. 2-2, q. 171, art. 2, per applicationem manûs ad foramen, putat significari modum quo Propheta communicatur lumen propheticum, tantum scilicet, quantum Deus vult. Unde sæpè Propheta dicunt: *Facta est super me manus Domini*; quia lumen propheticum non est permanens, nec plenum, sed transiens, et manu Dei attemperatum. Hæc mysticum est, uti paulò ante dixi in expositione Cajetani, qui eam à S. Thomâ hausisse videtur. Rabbinii fingunt in tergo Dei scripta fuisse ejus epitheta, *Dominator, Domine Deus, misericors*, etc., quæ recentior c. 54, v. 6.

Dicit ergo Deus: In Sinâ est petra cava, in cujus cavitate latere potes, ô Moses, quæque tegi potest antèrîus; ego igitur in eâ te collocabo, nubemque contegam, donec transeat facies meæ gloriosa, tuncque nubem amovebo, ut possis videre posteriora, id est, tergum meum; nam faciem meam videre non poteris, quin protinus vibrantibus ex eâ majestatis meæ splendoribus examineris. Id ita factum esse patet c. 54, v. 3 et 6.

VERS. 22. — PROTEGAM DEXTERA MEA, DONEC TRANSEAM, q. d.: Dextera meâ nubem, vel corpus aliud opacum apponam, et opponam cavernam, in quâ latebis, ô Moses, idque in eâ te collocabo, nubemque contegam, donec transeat facies meæ gloriosa, tuncque nubem amovebo, ut possis videre posteriora, id est, tergum meum; nam faciem meam videre non poteris, quin protinus vibrantibus ex eâ majestatis meæ splendoribus examineris. Id ita factum esse patet c. 54, v. 3 et 6.

VERS. 25. — TOLLAMQUE MANUM MEAM, ET VIDEBIS POSTERIORA MEA, q. d.: Cum facies mea transierit, amovebo nubem que tegit te in cavernâ, ut tergum meum intuearis. Hinc videtur, corpus hoc in quo Deus apparuit Mosi, non ab angelo, sed à solo Deo fuisse compositum ornatumque tanto lumine antèrîus, ut solem longè vinceret; in tergo verò ita fuit lux hæc attemperata, ut eam Mosis aspectus ferret, eamque mirificè recrearetur; ita tamen hæc luce aspersa et perfusa fuit facies Mosis, ut ex eâ radiare et cornuta esse cœperit, uti dicam c. seq.

Dico, à solo Deo formatum esse hoc lucidum corpus, non ab angelo; quia non est verisimile angelos posse per se immediatè lucem producere, aut tantum luminis coacervare quòd solari æquiparatum. Nota. Hoc corpus lucidum à Deo ita compositum subit et ingressus est angelus, illudque movit, ut transfret ante cavernam in quâ latebat Moses. Secundo, angelus hic idem fuit cum eo, qui Hebræos ex Ægypto eduxit, prævitæque in columnâ nubis, quicquæ præerat tunc populo et Synagoga, nunc autem præest Ecclesiæ, puta S. Michael.

Hinc esse litteralem hujus loci sensum, tota series orationis loquitur, item quòd c. seq. v. 5 et 6, Dominus adimplens id quod hic promittit Mosi, reversâ et corporaliter transeat ante Mosen, ostendens ei tergum suum. Simili quodam modo S. Pachomius corporeis oculis vidit gloriam Domini, ut habet ejus Vita.

Allegor. tamen sensus hic est potior et magis intensus à Spiritu sancto. Unde S. Aug. q. 154, dicit hic esse prophetiam de Christo; facies enim Domini significat divinitatem Christi; hanc non viderunt Judæi cum Christum crucifixerunt, sed postquam Christus transiit per mortem et resurrectionem ad Patrem, tunc multi eorum posteriora hæc ejus viderunt et crediderunt.

Thopol. Nysseus : In hæc, inquit, vitâ Deum videre non possumus; iste tamen videt posteriora Dei, qui supra petram, id est, Christum, stat, quique corde et animo semper Deum sequitur, quocumque ducat, juxta illud Psalms : *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua*; et Christi : *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum*. Rursùm : *Veni, sequere me*. Sequi enim Deum mente, voluntate et actione, semper et ubique quocumque ducat, idipsum est Deum videre.

Symbolicè, posteriora Dei sunt effectus et creature Dei, à quibus solis Mosi et nobis in hæc vitâ, Deum speculati conceditur. Ita Philo, Anastas. in Quaest. S. Scrip. quaest. 25; Irenæus lib. 4, 37; Hilari. in Psal. 115. *Ex perpetuitate*, ait S. August., *creaturarum, intelligitur creator æternus; ex magnitudine omnipotens; ex ordine et dispositione sapiens; ex gubernatione bonus*.

Symbolicè quoque alii putant, hic præsentatam et promissam esse Mosi visionem humanitatis Christi in transfiguratione, in monte Thabor; humanitas enim

CAPUT XXXIV.

1. Ac deinceps : Precide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, et scribam super eas verba, quæ habuerunt tabule quas fregisti.
2. Esto paratus mane, ut ascendas statim in montem Sinai, stabisque tecum super vitæcem montis.
3. Nullus ascendet tecum, nec videatur quispiam per totum montem; boves quoque et oves non pasceantur e contra.
4. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant; et de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas.
5. Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, invocans nomen Domini.
6. Quo transiente coram eo, ait : Dominator, Domine Deus, misericors et clemens, patiens et multa miserationis, ac verax;
7. Qui custodis misericordiam in millia; qui auferis iniquitatem, et scelerâ, atque peccata, nullusque apud te per se innocens est; qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus, in tertiam et quartam progeniem.
8. Festinusque Moyses, curvatus est pronus in terram, et adorans,
9. Ait : Si inveni gratiam in conspectu tuo, Domine, obsecro ut gradiaris nobiscum (populus enim

inferior et posterior est Christi pars, divinitas verò est prior et potior. Ita Tertul. lib. 4 contra Marc. c. 22; Nazianz. orat. 2 de Theologia; Origen. hic hom. 12, et homil. 7 in num. De quo vide S. Aug. lib. 2 de Trinitate, cap. 17, et Bern. serm. 61 in Cantica. Rursùm S. Ambr. in Psal. 45, v. 24 : Moses, inquit, vidit posteriora Christi; vidit splendorem ejus ut homo est, vidit ejus gloriam passionis, per quam regnum nobis cœlestis reparavit. Unde colligit Ferrandus visione 7, sect. 5, Mosen vidisse Christum flagellis cæsum, et spinis coronatum, qualem Pilatus populo exhibuit, dicens : *Ecce homo*; item vidisse eum cruci affixum. Unde exclamavit c. 54, 6 : *Misericors, clemens, multa miserationis*, etc.; et hinc allussisse S. Petrum Epist. 1, c. 4, v. 11, cum Prophetas Spiritu Dei prænuñtasse ait eas, quæ in Christo sunt *passiones, et posteriores glorias*; ubi et significat id est, q. d. : *Passiones Christi sunt posteriores ejus glorie, quæ scilicet in tergo Domini gloriosè ostense sunt Mosi*. Verùm hoc symbolicum est mysticum, non literale, idèque incertum et conjecturale.

Ex dictis patet, nullo modo ex hoc capite colligi posse quòd Moses viderit divinam essentiam; neque enim Moses hoc petit, neque si petit impetravit. Nam Dominus ei disertè respondit, dicitur : *Faciem meam videre non poteris*; estque hæc aliorum Patrum penè omnium sententia, quos citat L. Molina, Valentia et alii, p. 1, quaest. 12.

CHAPITRE XXXIV.

1. Le Seigneur dit ensuite à Moïse : Faites-vous deux tables de pierre, qui soient comme les premières que j'avais faites moi-même, et j'y écrirai les paroles qui étaient sur les tables que vous avez rompues.
2. Soyez prêt dès le matin, pour monter aussitôt sur la montagne de Sinai, et vous demeurerez avec moi sur le haut de la montagne.
3. Que personne ne monte avec vous, que nul ne paraisse sur toute la montagne; que les bœufs mêmes et les brebis ne paissent point vis-à-vis de ce lieu où je fais éclater ma gloire.
4. Moïse tailla donc deux tables de pierre, telles qu'étaient les premières; et se levant avant le jour, il monta sur la montagne de Sinai, portant avec lui les tables, selon que le Seigneur le lui avait ordonné.
5. Alors le Seigneur étant descendu au milieu de la nuée, Moïse se tint en sa présence, invoquant le nom du Seigneur.
6. Et comme le Seigneur passait devant lui, il dit : *Souverain Dominateur, Seigneur Dieu, qui êtes plein de compassion et de clémence, patient, riche en miséricorde, et véritable*;
7. Qui conservez et faites sentir votre miséricorde jusqu'à mille générations; qui effacez l'iniquité, les crimes et les péchés; devant le quel nul n'est innocent par lui-même, et qui rendez l'iniquité des pères aux enfants et petits-enfants, jusqu'à la troisième et la quatrième génération; faites miséricorde à ce peuple qui vous a offensé; et malgré son indignité, accomplissez en sa faveur les promesses que vous avez faites à leurs pères.
8. En même temps Moïse se prosterna contre terre, et adorant Dieu,
9. Il ajouta : Seigneur, si j'ai trouvé grâce devant vous, marchez, je vous supplie, avec nous; car ce peuple a la tête dure; sans vous nous ne pourrions le conduire; effacez aussi nos iniquités et nos pé-

duræ cervicis est), et auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas.

10. Respondit Dominus : Ego inibo pactum videntibus cunctis; signa faciam me nunquam visa sunt super terram, nec in ullis gentibus; ut cernat populus iste, in cujus es natio, opus Domini terribile quod facturum sum.

11. Observa cuncta quæ hodiè mando tibi : ego ipse efficiam ante faciem tuam Amorrhæum, et Chananzæum, et Hethzæum, Pherezæum quoque, et Hovæum, et Jebusæum.

12. Cave ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam;

13. Sed aras eorum destrue, confringe status, luocos succide.

14. Noli adorare Deum alienum. Dominus zelotes, nomen ejus; Deus est æmulator.

15. Ne in eas pactum cum hominibus illarum regionum; ne, cum fornicati fuerint cum diis suis, et adoraverint simulacra eorum, vocet te quispiam in comedas de immolatis.

16. Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis; ne, postquam ipse fuerint fornicata, fornicari faciant et filios tuos in deos suos.

17. Deos confatiles non facies tibi.

18. Solemnitatem azyorum custodies. Septem diebus vesceris azyms, sicut præcepit tibi, in tempore mensis novorum; mense enim verni temporis egres-sus es de Ægypto.

19. Omne quod aperit vulvam generis masculini, meum erit; de cunctis animantibus, tam de bobus quam de ovibus, meum erit.

20. Primogenitum asini redimes ove; sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes; nec apparebis in conspectu meo vacuus.

21. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare et metere.

22. Solemnitatem Hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticæ, et solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.

23. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel.

24. Cum enim tulero gentes à facie tuâ, et dilatavero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, et apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.

25. Non immolabis super fermento sanguinem ho-

chæis, afin que rien ne vous empêche de vous accorder cette grâce; et possédez-nous comme votre héritage, ainsi que vous nous l'avez fait espérer.

10. Le Seigneur lui répondit : Je ferai ce que vous me demandez : je rendrai ferme à la vue de tout le monde l'alliance que j'ai faite avec ce peuple; je ferai en sa faveur des prodiges qui n'ont jamais été vus sur la terre, ni dans aucune nation, afin que ce peuple, au milieu duquel vous êtes, considère l'ouvrage terrible que doit faire le Seigneur, pour le mettre en possession de la terre qu'il lui a promise.

11. Gardez donc aussi de votre côté toutes les choses que je vous ordonne aujourd'hui; et je chasserai moi-même devant vous les Amorrhéens, les Chananéens, les Héthéens, les Phéréziens, les Hévéens et les Jebuséens.

12. Prenez garde aussi de jamais faire amitié avec ceux d'entre les habitants de ce pays que je laisserai encore quelque temps; cela causerait votre ruine;

13. Mais détruisez tous leurs autels, brisez tous leurs statues, coupez leurs bois consacrés à leurs idoles.

14. N'adorez point de Dieu étranger. Le Seigneur s'appelle le Dieu jaloux; Dieu veut être aimé uniquement.

15. Je vous le répète encore une fois, ne faites point d'alliance avec les habitants de ce pays-là; n'ayez aucun commerce avec eux, de peur que, lorsqu'ils se seront corrompus avec leurs dieux et qu'ils auront adoré leurs statues, quelqu'un d'entr'eux ne vous invite à manger avec lui des viandes qu'il leur aura immolées.

16. Vous ne ferez point non plus épouser leurs filles à vos fils, de peur qu'après qu'elles se seront corrompues elles-mêmes, par l'idolâtrie, elles ne portent vos fils à se corrompre aussi, comme elles, avec leurs dieux.

17. Vous ne vous ferez point aussi comme eux de dieux jetés en fonte.

18. Vous observerez la fête solemnelle des azyms, qui est la fête de Pâque; et vous mangerez sept jours durant des pains sans levain au mois des nouveaux fruits, comme je vous l'ai ordonné; car vous êtes sortis de l'Égypte au mois où commença le printemps.

19. Tout mâle qui sort le premier du sein de sa mère sera à moi; les premiers de tous les animaux, tant des bœufs que des brebis, seront à moi.

20. Vous rachèterez avec une brebis le premier-né de l'âne, que si vous ne le rachetez point, vous le tuerez. Vous rachèterez avec de l'argent le premier-né de vos fils, et vous ne paraîtrez point devant moi les mains vides, et sans m'offrir des présents.

21. Vous travaillerez pendant six jours, et le septième jour vous cesserez de labourer la terre et de moissonner.

22. Vous célébrerez la fête solennelle des Semaines, cinquante jours après Pâque; vous la célébrerez, dis-je, en offrant les prémices des fruits de la moisson du froment; et vous ferez la fête des Tabernacles après les déponilles des fruits, à la fin de l'année, lorsqu'on les aura tous recueillis.

23. Tous vos enfants mâles se présenteront en ces trois fêtes, c'est-à-dire trois fois l'année devant le Seigneur tout-puissant, le Dieu d'Israël.

24. Car lorsque j'aurai chassé les nations de devant votre face, et que j'aurai étendu les limites de votre pays, si vous montez, et si vous vous présentez trois fois l'année devant le Seigneur votre Dieu, nul ne formera avec succès des entreprises secrètes contre votre pays.

25. Vous ne m'offrirez point avec du levain, le sang